

## INQUIRIÇÕES RELATIVAS A OVAR E CABANÕES

D. AFONSO II (*ano de 1220?*) (1):

«In Sancto Doado habet Episcopus Portugalensis V casalia et totam ipsam ecclesiam. In frigisia de Cabaneros [habet] Ecclesiola J Grangiam, XV casalia, et Ospital J casale».

D. AFONSO III (1251) (2):

«Item hoc est testimonium quod inuenimus super Ecclesiam de Cabanões per bonos homines iuratos super sancta dei euangelia. Inuenimus quod homines hereditatores de ipsa villa abbadauant cum uestro auo et cum uestro uisauo et modo nouiter inuenimus quod uester pater et uester germanus et vos abbadauistis de quolibet clerico uos dedistis sine eis. ¶ Et inuenimus quod ipsa Ecclesia debet facere forum tale sicut quisque homo de ipsa uilla. Et hoc non faciebat modo ecclesia. ¶ Et inuenimus per auditionem ipsorum iuratum quod deberet dare quinque morabitos Maiordomo terre annuatim. ¶ Et inuenimus in marinis de quo uos non habebatis modo aliquid unum milleirum de sale in isto anno. ¶ Et de ipsa uilla de Cabanões debeant dare uobis cale pro ad uestrum Castellum et pro ad palatia cum uilla de ouar et cum sande et con ozões et com gilliuar et con sancto donato. ¶ Et predicta uilla Reddet Regi cum suis terminis per panem et uinum et per totum

(1) Ver tómo II desta revista, pág. 71-74.

(2) Maço 8 de *Forais Antigos*, n.º 1; Livro I de *Direitos Reais*, fl. 1 a 8 v.; publicado em *Cucujães*, do P.º J. DOMINGUES AREDE, doc. II do Apêndice, e no *Almanaque de Ovar* para 1918, pág. 304-309, com erros de leitura e de tradução.

Centum et Quinquaginta et Quinque morabitanos preter sal. ¶ Et de Cabanões debent dare domino Regi totum piscatum quantum exierit in ipso die in quo Rex fuerit in Feira si fuerit dies piscati . preter quod debent habere piscatores caldum et vinum per manum Judicis terre. ¶ Et hoc piscatum debent leuare de casali de Petro rapa. ¶ Et homines qui morantur ultra pontem de ouar de Regalengo ad feiram et non ad alium locum . ¶ Et in altero die debet habere talem quiñon de Carauela sicut nimis piscator . si fuerit dies piscati . ¶ Et ecclesia non debet leuare decimam de piscamine illo quod est Regis. Et modo filiad illud . ¶ Et seruicialis de carrjs debet dare unam carregam salis seruicialio de Feira quando ibi fuerit dominus Rex. Et debet uenire seruicialis de Feira pro eo . ¶ Et audierunt quod Maiordomus comedebat in Guilluar . et modo ganauit eam uester homo de feira et tenet quod non debet facere forum quod moratur in Feira pro alio foro quod vobis facit . ¶ Et audierunt quod dabant quinque morabitanos maiordomo terre annuatim de grangia de ozões . ¶ Et ipse marinē de cabanões tote faciunt forum preter illas que non faciunt forum ille que fuerunt de pelagio arie . et unas que fuerunt de Martino boragam . et que fuerunt de Comite . ¶ Et inuenimus quod in terreno de Figueira sedit ibi unum Casale de regaengo. ¶ Et inuenimus quod ipsi qui laurauerint marinas de quibus debent dare quairas . debent ducere vestrum sal ad uuluarem et medirent eum per medidam de sangallos. Et darent homines de ouar urz (ou *uim?*) et Juncum pro ad cooperiendum illud . Et illud sal reciperent a sancto michaele usque sanctum Martinum . ¶ Et si magis sal non fuerit de uestra quaira habere illam quairam dominus Rex . [...] ¶ Isti sunt iurati de Cabanões in primo Judex domnus Vermudus . Alfonsus petri Capellanus . Petrus barua . Joannes iuliani . Petrus dominici. Stephanus rabadam. Joannes uello de ouar. Martinus gundisalui de ouar. Dominicus gundisalui. Martinus uassallo».

(*Inquirição especial. 1260*)<sup>(1)</sup>:

«INQUISITIO DE SALINIS CABANOS. Ista est Inquisitio de Salinis de Cabanões Dominicus de Usquiam. Martinus glūj de Ouar . Dominicus petri ffernandus menendi . domnus Nicholas . Dominicus iohannis pãpio . Johannes stephani . Martinus colmyo . domnus Stephanus furtado . Stephanus petri ceyrol . Stephanus plagij de Ouar . Dominicus glūj . Thomas fernandi . et Petrus dominici Judex de Cabanões iurati et interrogati dixerunt per iuramentum quod omnes

(1) *Chancelaria de D. Afonso III*, liv. I, fl. 47 v.; refere-se-lhe J. P. RIBEIRO nos *Aditamentos e rétoques às Memórias... das Inquirições*, pág. 4.

Marine de Cabanoes faciunt forum domno Regi preter marinas que fuerunt Pelagij arie et Martini barragam et ille que fuerunt Comitis . et Marina de Episcopo Portugalensi non facit domno regi forum et nescimus quare . et leuat inde Episcopus forum . et sunt uiginti .Ve. anni elapsi quod ipsa Marina fuit facta . Et dixerunt de auditu quod tallij de Marinis nouis debent esse tam magni sicut tallius de Eyra de fernando saeta et modo ipsa marina est de fernando salgueyro . et dixerunt quod donnus Vermudus Judex qui mortuus est iam dixerat quod daret unum milleyrum de sale si domnus rex uellet metiret ipsas marinas . et inquisitores mandarunt illi metiri eas . et ipse Vermudus metiuit de illis marinis in ipso anno . Item dixerunt quod alqueyre de sangalios est teyga de cellario Regis de sale de Cabanões et debent ei ponere manum . et iam in alio tempore fuerunt inde demandati . et iuerunt inde pro mensura ad Sangallos . et ista fuit inde semper mensura et est modo . Item dixerunt quod de marinis ueteribus quod habetur ibi tallius qui dat unum modium per mensuram supradictam . et tallius qui dat quinque quartarios . et tallius qui dat .VI. quartarios et sestarium et terciam de Teeyga . et tallius qui dat septem quartarios . et sestarium . et tallius qui dat duos modios et ista est inde maioria . et si non habuerit ibi magis de sale de istis foris supradictis . debet leuare illum seruicialis domni Regis si ibi fecerint salem. Item dixerunt de marinis ueteribus et nouis quod sic semper fuerunt facte . sed uenerunt illas homines facere et uenerunt pro ad iudicem domni Regis et pro ad seruicialem regis et cum quo foro illis dederunt cum tale stant . et sic usarunt in tempore patris et aui domni .A. nunc Regis port . et in tempore Regis domni Sancij fratris istius Regis et in tempore istius Regis usque modo sicut forum est superius dictum . Item dixerunt de supradicto milleyro de sale quod nunquam uiderunt illum sacare . et quoniam fuit facta Inquisitio prima tunc tenebat ipsam terram de Cabanoes . Regina domna Maphalda . et post ipsam reginam tenuit eam domnus Martinus alfonsi . et post ipsum tenuit et tenet eam Nunus petri usque modo . Item dixerunt de casali de azoya quod dixerunt quod tenebat Thomas fernandi quod non erat nisi tres leyre per bonos marcos et dixerunt quod nunquam uiderant illum populatum . et ad ipsas leyras debent uocare Maiordomum domni regis quoniam eas uoluerint segare et si inde segauerint unam manum plenam sin mandato Maiordomi regis debent pectare illi .IJ. morabitanos . sed audierunt dici quod fuerat ipsum casale populatum . Item dixerunt quod audierunt dicere quod de grangia de Ozões debent dare Maiordomo domni regis . quinque morabitanos in quocumque anno de renda . Item dixerunt quod audierunt dicere de terreno de

grangia de Ozões de bico de vallo quomodo uadit pro ad  
Guylliuy quod erat inde Octaua regis . Item de terreno  
qui uocatur de escomungada debent dare domno regi quin-  
que casalia de Ozões singulos alqueires de pane de quali  
fuerit ex altera parte et singulos franganos in quocumque  
anno . et ista inquisitio facta fuit per Johannem stephani  
iudicem de feyra . et per Dominicum suerii pretorem de  
Gaya . et per Stephanum petri Tabellionem de feyra . In  
E.<sup>a</sup> M.<sup>a</sup> CC.<sup>a</sup> LX.<sup>a</sup> VIII.<sup>a</sup> mense Octobri».

*(Continua)*

P.<sup>e</sup> MIGUEL A. DE OLIVEIRA

---